

D N.
NICOLAI BELLONI,
PATRITII CASALENSIS,
CLARISS. ACVTISSIMIQUE
Iurisconsulti,

C O N S I L I O R V M
Liber primus.

CVI HAC NOVISSIMA OMNIVM EDITIONE
NON DEFVERVNT DECEM ET OCTO IPSIVS
Auctoris Consilia in fine posita.

CVM INDICE RERVM AC VERBORVM OM-
niuum memorabilium locupletissimo.



V E N E T I I S,

A D S I G N V M I V R I S C O N S U L T I .

Coll Soc. M. E. R. S. M. X. Ex Libr. Regum.



ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSL DOMINO

D. NICOLAO PERRENOTO A GRAN-
DIVELLA, VTRIVSQUE CONSILII
apud Cæsarem viro primario, sigil-
lorumque custodi,

NICOLAVS BELLONVS S.



V' M tuis auspicijs, vir amplissime, Burgundiace Academiæ literarum & literatorum nomine celeberrima prouincia nobis data esset, et si iam triennium eo munere sic functi sumus saltem ea diligentia ut sibi satisfactum putare omnes intelligam. Hoc tamen mibi satisfacere non potui, nisi laborandum ducerem, & pro viribus enitendum, ut opinioni tuae & expectationi, quam de me in Italia conceperas, quantum in me esset omni ex parte responderetur. Vix enim credibile est, quem vir in alijs rebus alioquin solertiſſimus, tanta cum cura propria & diligentia disquisimerit, tum senatus Mediolanensis & aliorum eruditissimum virorum sententia delegerit, de eo non plurima eum! sibi promisisse, qui ex ornatâ patriâ tum amore & studio incredibili duceretur. Nec mibi aliter vi- sum est, quam exercendas esse vires omnes, & toto, ut dicitur, pectore in hoc incumbendum, et si tua omnino de me expectationi non possem satisfacere, saltem in docendo eam diligentiam & sedulitatem exhiberem, propositumque negotium sic prosequerer, ut vel conatum meum tibi probarem, vel mibi ipsi nullatenus videre de fuisse: hæc enim voluntas non modò non reprehenditur, verum etiam apud Iurisconsultos nostros (ut nosli) perinde habetur acsi rem ipsam penitus confecerit. Quod si in hac re quicquam profeci, aliorum sit iudicium, & malo id ex nostratis intelligas, qui quotidie in aulam Cæsaris abunde confluunt, quam ex me. Sed ecce admonitus eodem sydere ad opus aliud etiam me comparavi: animum adieci ad nonnullarum lucubrationum nostrarum editio-

DOMINI NICOLAI
BELLONI
CONSILIORVM
LIBER.



SANVITMARIVM.
A



- 2 *O M I N V S potest cogere subditos ad custodiam
castrorum tempore belli.*
3 *Consuetudo est optima legum interpres.*
3 *Consuetudo interpretativa non requirit ea quae
consuetudo inducuntur.*
4 *Verba ubi locum non habent, non habet locum
dispositio.*
5 *Præscriptio tanti temporis cuius non extat me-
moria in contrarium, habet vim præ privilegiis vel tituli.*
6 *Præ privilegium seu titulus probatur per allegationem tanti temporis cuius no
extat memoria in contrarium.*
7 *Castrum deductum an perdat iura sua.*
8 *Universitate destruenda, ciues amittunt sua præ privilegia.*
9 *Castrum destruendum si readificetur, homines qui tenebantur ad custodiam
dicti castrorum, adhuc tenentur.*
10 *Libertas aliquid faciendi, quomodo præscribatur.*
11 *Præ privilegium non amittitur tempore, quando non euenit occasio utendi.*
12 *Præ privilegio non utens, quia aliter potest sibi satisfacere, illud non amittit.*
13 *Præscriptio aliqua non currit contra impedimentum utri præ privilegio.*
14 *Præscriptio non procedit sine possessione.*
15 *Præscriptio non procedit in iuribus negatiis, nisi interueniat contradicatio.*
16 *Vassallus nunquam præscribit servitia quae domino debet, nisi interpellatus
negauerit ea prestare.*
17 *Præscriptio collectarum non procedit nisi aliquis requisitus recusauerit
soluere.*

A C O N S I -